

Nec ista mala sola^a sufficient, set draconem ad suggestio-
nem^b et deceptionem monstruose huius bestie^c filii diffi-
dientie adorabunt¹, quasi non habeat tantas vires fides ec-
clesie, vel abbreviata sit manus Domini², qua^d resistat;
et hoc est quod dicitur³: *Faciet ignem de celo descendere in
terram*^e, utique^f hominum^g reproborum. Possibile est, ut
signa fallacia^h huiusmodiⁱ faciant heretici^k pestilentes,
quibus omnino draconi adhereant¹ et, quod ipse sit super^m
principatum ecclesie, non diffidant. Habebuntⁿ quidem^o
ex agno^p fictam iustitiam, ex cornibus recurvis innocen-
tiam, ex^q dracone potentiam, ex adipe^r doctrinam, ex
priori bestia feritatem. Quid ultra^s? Si sic perfidie fides
cedit, et veritas mendaciis non obsistit^t, dum regni ponti-
fices velut arietes⁴ in utroque homine languescences ducan-
tur^u in captivitatem ante faciem^v tui posteri^w, perditionis
filii⁵ subsequenter, non^x video, quis iugum exactoris huius^y
excutere possit vel debeat, quia data terra in manu^z impii
non erit de facili qui resistat. Rides ex hoc, o cesar, quod
profero, et^a non compateris populo Christiano vexando^b; cui^c
predico, ut, si possibile^d est, mala futura non videant nec^e
sub umbra ramni^f pestiferi Christi famuli conquiescant^g.⁶
Set si iam^h id orbis impietas meruitⁱ, ut tyrannus ipse
faciat quod Dei iustitia^k ab eterno previdit, necesse est,
ut de calice furore eius insaniat⁷ quivis¹ et^m fraudis

- a) 'sola' fehlt R; 'sola mala' B. — 'sufficient' B. b) 'suggestioe' V.
c) 'huius bestie monstr.' B; 'huius monstr. bestie' R. d) 'q̄ (que)' R.
e) 'terram' R mit Vulg. f) 'ut,' fehlt BR. g) 'hostium' R. h) 'ut
si qua falsa' B. i) 'h9 (huius)' V; 'fac. hi9' R. k) 'heretica' V.
l) 'adhereat' V. m) 'supra' V. n) 'Habebit' B. o) 'quid,' fehlt R.
p) 'igne' B. q) 'et' B. r) 'igne' B. s) 'Quid ultra' fehlt R.
t) 'obsistet' B. u) 'ducentur' B. v) 'ante fac.' fehlt R. w) 'post.
tui' R. x) 'nec' R. y) 'exaccionis eius' R. z) 'manibus' B.
a) 'preferat non' B. b) 'Chr. vex. pop.' B. c) 'cum' B. d) 'possi-
bil'(is)' V. e) 'ne per sub' B. f) 'rapni' V; 'pest. ramni' R. g) 'non
quiescant' V; 'requiescant' R; 'conq. Chr. emuli' B. h) 'ita' V.
i) 'iniquitas meruerit' R. k) 'iustitiam' B. l) 'cuius' B; 'e9 (cuius)' R.
m) 'etiam' B.

1) Apoc. 13, 12: 'et fecit terram et habitantes in ea adorare
bestiam primam, cuius curata est plaga mortis'; Eph. 2, 2. 5, 6: 'in filios
diffidentiae'. 2) Is. 59, 1: 'Ecce non est abbreviata manus Domini, ut
salvare nequeat'. 3) Apoc. 13, 13, wo folgt: 'in conspectu hominum'.
4) Vgl. oben S. 167, N. 1 den zitierten Vers Jerem. 51, 40. 5) Joh.
17, 12 und 2. Thess. 2, 3: 'filius perditionis'. 6) Judic. 9, 14. 15:
'Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum. . . . Quae respondit eis: . . .
venite et sub umbra mea requiescite'. 7) Jerem. 25, 15. 16: 'Sume
calicem vini furoris huius de manu mea et propinabis de illo cunctis
gentibus . . . Et bibent . . . et insanient a facie gladii'.